Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Esdre 9

290

derelictus fuit ex omnibus
istis quibus placuit tibi: ipse sal-
vabit: et videbit salutare
meum et finem seculi vii. Et
videbant qui reversi sunt ho-
mines qui mortem non gusta-
verunt a nativitate sua: et
mutabitur cor inhabitantium
quercetur in ipsum alium. Dele-
bitur enim malum: et extingue-
tur dolus. Florebit autem fides
et vincet corruptela. et osten-
detur veritas que sine fructu
fuit diebus tantis. Et factum
iii. cum loqueretur michi: et ec-
ce paulatim ascendebat super eum
ante quem stabam. et dixit
ad me heri. Veni tibi ostende
tempus ventura noctis. Si er-
go iterum roguerit. et iterum
iejunabis septem diebus: iterum
tibi renuntiabo horam maiorem
diem quam audisti. Audita
est enim vox tua apud altissi-
mum. Vidit enim fortis discreti-
onem tuam: et providit prudi-
tiam quam a iuventute habu-
isti. et ipse hoc misit me
demonstrare tibi heri omnia.
et dixit tibi. Confide et noli
timere. et noli festinare te pri-
ordibus temporibus cogitare tu-
ra. ut quid perdis a nouissi-
mis temporibus. et factum est post
hec. et flevi iterum: et stet-
i. iejunavi septem diebus: ut
supplerem tres ebdomadas q
dicte sunt michi. et factum e
in octava nocte. et cor meum
turbabatur iterum in me: et
cepi loqui coram altissimo
inflammabatur enim spiritus
meus valde. et anima mea ex-
hibebat: et dixi. Domine loq-
uens locutus es ab initio tre
atque in primo die dicens fiat
celum et terra. et tuum verbum
opus perficit. et erat tunc spi-
ritus. et tenebre circumdabant
et silentium. nondum vox
hominis audita erat abste dum
deposuisti de thesauris tuis prosti-
tera lumen luminosum quo ap-
pareret opus tuum. et die sexto
creasti spiritum firmamenti et
imperasti ei ut duraret et di-
visione faceret inter aquas:
ut pars quedam super terram remaneret
pars vero deorsum maneret
et terra imperasti die ac
congregari in septima parte ter-
re. sex vero partes siccasti
et operuisti: ut ex his sint
coram te mistica seminata a
p. deo et culta. Verbum enim tuum
precepit. et opus statim fiebat
presto enim subito fructus in
altitudinis crescebat. et cum
pascentia gustus multiformis
et flores colore immutabili
et odores admirandi mul-
tiplicabilis. et die tertio hec facta
sunt: quarta autem die im-
perasti sicut solis splendorem.
lunam lumen stellarum disposi-
tionem: et imperasti eis ut de-
servirent futuro plasmato
homini. Tunc autem die di-
xisti septime parti ubi erat
aqua congregata ut produ-
ceret animalia et volatilia et
pisces. et ita fiebat. Aqua
muta et sine anima que de
mutis nutrebantur animalia fa-
ciebat: ut ex hoc mirabilia
tua nationes cognoscerent. et
tunc constituisti duas animas. no-
men unum vocasti enoch. et
nomen secundum vocasti lemuathan
et separasti ea ab alterutrum